

NOVEMBER 13, ST. FRANCES XAVIER CABRINI, VIRGIN

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

Frances Xavier Cabrini MSC, also called Mother Cabrini, was an Italian-American Roman Catholic nun, who founded the Missionary Sisters of the Sacred Heart of Jesus, a Catholic religious institute that was a major support to the Italian immigrants to the United States. She was canonized by Pius XII in 1946.

INTROIT Psalms 72: 24, 1

Tenuisti manum dexteram meam: et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria susceperisti me. (Ps. 72: 1) Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde! Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Tenuisti manum dexteram meam: et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me.

COLLECT

Domine Jesu Christe, qui sanctam Virginem Franciscam Xaveriam, sacratissimi Cordis tui igne succensam, per amplissimas mundi plagas ad animas tibi lucrandas deduxisti, et per earn novam in Ecclesia tua virginum familiam suscitasti: concede, quaesumus; ut, ipsa intercedente, ejusdem Cordis tui virtutibus induamur atque ad aeternum beatitudinis portum pervenire mereamur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

(Commemoration of St. Didacus)

Omnipotens sempiterna Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quaeque confundas: concede propitius humilitati nostrae; ut, piis beati Didaci Confessoris tui precibus, ad pervenem in caelis gloriam sublimari mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

EPISTLE 1 Corinthians 1: 26-31

Fratres: Videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

GRADUAL Psalms 17: 33-34

Deus qui praecinxit me virtute: et posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum: et super excelsa statuens me.

LESSER ALLELUIA

1 Corinthians 9: 22

Alleluja, alleluja. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Alleluja.

GOSPEL Matthew 11: 25-30

In illo tempore: Respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus ei prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita, Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Venite ad me, omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde: et inveniatis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est et onus meum leve.

OFFERTORY Psalms 72: 28

Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam: ut annuntiem omnes praedicationes tuas in portis filiae Sion.

SECRET

Munera, quae tibi, Domine, in honorem sanctae Franciscæ Xaveriae Virginis offerimus, suscipe, et praesta: ut sacratissimo Filii tui Cordi conformati, hostia acceptabilis et ipsi tibi efficiamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

(Commemoration of St. Didacus)

Praesta nobis, quaesumus omnipotens Deus: ut nostrae humilitatis oblatio, et pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, et nos corpore pariter et mente purificet. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

COMMUNION Matthew 11: 28

Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.

POSTCOMMUNION

Deus, qui nos de plenitudine Cordis dilecti Filii tui caelestia dona haurire concedis: praesta, quaesumus, ut, sanctae Franciscæ Xaveriae exempla prosequentes; ejusdem Filii tui gloriam jugiter quaeramus et ipsius regni praemia consequamur: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

(Commemoration of St. Didacus)

Quaestumus, omnipotens Deus: ut, qui caelestia alimenta percipimus, intercedente beato Didaco Confessore tuo, per haec contra omnia adversa muniamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

Thou hast held me by my right hand, and by Thy will, Thou hast conducted me: and with glory hast Thou received me. (Ps. 72: 1) How good is God to Israel: to them that are of a right heart. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou hast held me by my right hand, and by Thy will, Thou hast conducted me: and with glory hast Thou received me.

O Lord Jesus Christ, Who to win souls for Thyself didst conduct the Holy Virgin Frances Xavier, aflame with the fire of love from Thy most Sacred Heart, on her long and repeated journeys, and through her didst raise up a new family within Thy Church: grant us, we beseech Thee, by her intercession, the grace to put on the virtues of that same Heart of Thine and to arrive safely at the heavenly port, there to be happy forever. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Almighty, eternal God, Who, in Thy wonderful providence, dost choose the weak things of the world to confound the strong, mercifully grant unto our lowliness that, by the prayers of blessed Didacus, Thy confessor, we may be made worthy to be raised to the everlasting glory of heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: See your vocation, that there are not many wise according to the flesh, not many mighty, not many noble: but the foolish things of the world hath God chosen, that He may confound the wise, and the weak things of the world hath God chosen, that He may confound the strong; and the base things of the world, and the things that are contemptible hath God chosen, and things that are not, that He might bring to nought things that are: that no flesh should glory in His sight. But of Him are you in Christ Jesus, Who of God is made unto us wisdom, and justice, and sanctification, and redemption, that as it is written, he that glorieth, may glory in the Lord.

God who hath girt me with strength; and made my way blameless. Who hath made my feet like the feet of harts: and who setteth me upon high places.

Alleluia, alleluia. I became all things to all men, that I might save all. Alleluia.

At that time, Jesus spoke and said, I praise Thee, Father, Lord of heaven and earth, that Thou hast hid these things from the wise and prudent, and revealed them to little ones. Yea, Father, for so it hath seemed good in Thy sight. All things have been delivered to Me by My Father; and no one knows the Son except the Father; nor does anyone know the Father except the Son, and him to whom the Son chooses to reveal Him. Come to Me, all you who labor and are burdened, and I will give you rest. Take My yoke upon you, and learn from Me, for I am meek and humble of heart; and you will find rest for your souls. For My yoke is easy, and My burden light.

It is good for me to adhere to my God, to put my hope in my Lord, that I may declare all thy praises in the gates of the daughter of Sion.

Accept, O Lord, the gifts which we offer to Thee in honor of Saint Frances Xavier: and grant that, being made like to the Most Sacred Heart of Thy Son, we also may be rendered a sacrifice pleasing to Thee. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the offering we humbly bring, may both be pleasing to Thee for the honor of Thy Saints, and cleanse us alike in body and soul. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Come to me, all you that labor and are burdened, and I will refresh you.

O God, Who dost grant us to draw heavenly gifts from the plenitude of the Heart of Thy beloved Son: grant, we beseech Thee: that imitating the exemplary life of Saint Frances Xavier, we may ever strive to promote the glory of this same Son of Thine and attain to the rewards of His kingdom. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We beseech Thee, almighty God, that we, who have received heavenly nourishment, may through it, by the intercession of blessed Didacus, Thy Confessor, be defended against all adversity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.